



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Höchst Wunderbarliches Leben/ vnd allerseligstes  
absterben/ sowol grosse Wunderwerck/ als auch gar  
herrliche/ fürtreffliche/ allerChristlichste/ von Him[m]el  
gefloßne Lehr/ der heiligen/ sonderbaren/ ...**

**Raimund <von Capua>**

**Augspurg, 1619**

Sanctissimvs D. D. Pivs Papa II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42643**



# SANCTISSIMVS

D. D. PIVS PAPA II.

*Composuit infra scriptos versus, ad laudem  
Seraphicae sponsae Domini nostri Iesu Chri-  
sti, B. Catharinae de Senis, ordinis de peni-  
tentia B. Dominici.*



VIS sacra gesta canat, quae lingua diserta,  
potensque  
Sponsa Dei micuit, totum celebrata per or-  
bem

Non ego sum dignus tantis extollere dignam  
Laudibus, ad breuiter, quae sint, quae moribus almis  
Vita beata sui referam tibi chare viator,  
Huc fuit orta Senis, ubi sancti veste recepta  
Dominici in voto triplici, virtute cuncta  
Transcendit plures diuina in lege peritos  
Illa potens verbo, ac opere omnia corda trahebat,  
A se hominum, ut magnes ferrum, Christusque deinde  
Desponsauit eam, sacris proprio ore confecit,  
Doctrinis multos habuit velut optima mater,  
Virgoque discipulos, quibus ardua regula vitae  
Sanctaque bis septem pietatis opuscula diuæ,  
Expleuit felix, & erat sublime leuamen  
Omnibus heu miseris vitae in difestibus huius  
Illa cor à Domino petit renouari alma,  
Continuè meditans; compos feliciter alti,

c 2

Facta



Facta fuit voti, viditq; euellere Christum,  
Cor prius, atque nouum flammis sibi tradere flagrans.  
Hæc ieiunia diu nonnunquam ad sydera rapta est,  
Mira Dei vidit, semel autem à morte reuixit,  
Pane refecta sacro cælesti, pane salutis.  
Illa crucem memòri portans sub pectore semper  
Stigmata passa tuit, dictu mirabile Christi;  
Pontifices adiit; quibus vnica gloria secum,  
Sistere colloquijs, monumentaque sacra tulere,  
Ore suo tulit hæc, quæ indulta volebat ab illis,  
Ardua tanta suæ fuerat sibi gratia linguæ.  
Illa Propheta quidem diuino flamine plena,  
Et pacem, & bellum secreta plurima pandit,  
Exortansque omnis miranda, stupendaque scripsit.  
Illa sciens venisse diem, qua linqere mundum  
Expedit; exclamans animam DEVS optimè, dixit,  
In manibus commendo tuis, commendoque tuam  
Iugiter ancillam, sic sponsæ beata beatum,  
Transijt ad sponsum tribus exornata coronis,  
Fecit in hac vita miracula multa, deinde  
Claruit innumeris post mortem splendida miris.  
Quæ si conofce velis: quamque alme semper in orbe  
Vixerit, hystoriam deuotus per lege sanctam,  
Hæc annis triginta tribus tot Christus, & aptæ  
Vixit, nam sponsam sponso decet esse canam,  
Milleque trecentis simul octoginta sub annis,  
Incljta Virgo obiit Romæ, Catharina Senensis.



Nota